



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

20. Martij. Tuntùm valet res, quantùm illam Deus fecit valere. S. Ignat.
apud Barto. l. 4. §. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

infiniæ pretio constitit, vilis esse non potest, nisi illis, quibus nihil est se vilius.

Salutem hominis cælo Christus præposuit, ut eam obtineret, divinitatem suam quasi prodegit, certè vitam, & sanguinem dedit. Quam sapientissimus hic institor tanti fecit, cur nos inter ultima curamus?

Falsâ nempe staterâ res metimur. Res nihili, quales sunt opes, eruditio, totius vitæ sudoribus quærimus, pro hominis salute labor omnis gravis nimium, & intolerabilis accidit.

Dei iudicium attende : quanti Deus omnem mundipotentiam facit? quanti nos pilum, & nucem cassam; salutem autem hominis etiamnum sitit. Præter se, hâc nihil habet amabilius, nihil in votis magis.

20. Martii.

Tantum valet res, quantum illam Deus fecit valere. S. Ignat. apud Barto. l. 4.

§. 35.

VEhementer sæpe fallitur, qui secundum colorem de rebus iudicat. Trapezita peritus distinguit adamantem à vitro. Ille remotissimus est ab errore, qui ad divinæ mentis bilanciæ omnia ponderat.

D 7

Si

Si omne, quod splendet, aurum credens tua, heu, quoties decipietur? Nihil est bonum, nisi, quod ducit ad summum bonum.

Deus finis noster est, ad quem tendimus, in quo æternùm quiescemus; via quæ ad illum ducit, bonam crede, ama, elige quæ abducit, estò rosis strata sit, quæ longissimè, fuge.

Aurea clavis parùm facit ad intentum si clausa non reseret, tali præferenda ferrea, cui seræ patent. Rei nempe pretium non color, nec opinio, sed ad intentum aptitudo facit.

Proh! quantùm erramus! omnia electio ni hominis subiecit Deus; Sed ut medi sint ad Deum. Væ! qui his contra Deum utuntur. Tantò res quævis peior, quantum certius abducit à Deo.

21. Martii.

Bonos bene malos malè valere gaudeo: ut integris ad Dei gloriam utantur virtutibus; isti, ut multiplicatis infirmitatibus ad Deam compellantur. S. Ignat. apud Ribad. 2. s. c. 10.